UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breves Notitiæ Triplicis Statvs Ecclesiastici, Monastici, Et Secvlaris

Bolland, Johannes

Antverpiæ, 1668

Iesv Christo, Vero Deo Et Vero Homini, Pontifici Æterno, Regi Regvm, Et Sancto Sanctorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42869

Visual Library

IESV CHRISTO,

VERO DEO ET VERO HOMINI,

PONTIFICI ÆTERNO,

REGI REGVM,

ET SANCTO SANCTORVM.

INcarnationis Verbi diuini, & Annuntiationis Gabrielis Archangeli ad Deiparam Virginem Mariam memoria ſacra 25 *Martij*, An cœpta ab ipſâ Deiparâ & ſancita ab Apoſtolis? Obſeruata ab antiquis Græcis Patribus, & celebrata in eorum Odis, item ab Ægyptijs & alijs Orientalibus. A Latinis etiam detenta 25 Martij & alijs diebus. Particularis veneratio in varijs locis, eccleſijs & congregationibus, *à pagina* 534 *ad* 540.

Gabrielis Archangeli memoria ſacra *apud Græcos* 25 *Mar.* & alijs diebus in Hiſpanijs & apud varios Ordines monaſticos. *p.*607 *& ſeqq.*

IESV CHRISTI Generatio humana explicatur in ſequentibus. S. Ioſephus Sponſus Deiparæ Virginis Mariæ 19 *Mar.* Varia diſcuſſa: honorum tituli in Euangelio fundati: cultus antiquus apud Orientales & Græcos & dein Latinos: matrimonium cum Deiparâ nepte ex fratre ſecundum legem neceſſariò contractum. Schema genealogicum ex Dauide, ſecundum ordinem legis ex Matthæo, naturæ ex Lucâ, Votum continentiæ, Annulus ſponſalitius: templa, oratoria, ſodalitia ei dicata. beneficia & miracula varijs præſtita, *à pag.* 4. *ad* 25. Ioachimus pater Deiparæ Virginis Mariæ 20 *Mar*, Cultus apud Græcos & Latinos. Genus & patria, Elogium ex Andreâ Cretenſi. ſepultura, reliquiæ *p* 77 *& ſeqq.*

Circumciſio Domini, & commemoratio ſacroſancti Præputii Chriſti Antuerpiæ & alibi 1 *Ian. à p.*3 *ad* 8, *& p.*1083. Ieiu-

nium olim ſeruatum Kalendis Ianuarijs, Sermo Fauſtini Ep. ex MS. *p.2 & ſeq.*

Hypapante Domini & Purificatio B. Mariæ 2 *Febr.* Antiqua celebritas à temporibus Apoſtolorum deducta: qualis in Paleſtinâ, Phœniciâ apud Syros, Cyprios, Coptos, Aſiaticos, in Eccleſiâ etiam Conſtantinopolitanâ. eadem ſolennitas apud Latinos, neque abrogatis Sacrificijs Plutonis aut Lupercalibus introducta: particularis veneratio in varijs Eccleſijs. Oratio auctore S. Sophronio ex MSS. Græcis. *à p.268 ad 279.*

Epiphania Domini celebris triplici myſterio, Adoratione Magorum, ſtellâ itineris duce Bethlehemum profectorum, Baptiſmo Chriſti à S. Ioãne peracto, ac Miraculo primo Chriſti mutatæ aquæ in vinum ad nuptias in Canâ Galilææ. 6 *Ianuar. p.* 323 Magi, qui Chriſtum adorarunt, paſſim Reges habiti, ſeorſim in Martyrologijs ſuum cultum habent, Balthaſar 11 *Ian. p.* 664. *& ſeq.* Gaſpar 1 *Ian. pag.* 8 & Melchior 6 *Ianu. p.* 323.

Iesv Christi pro redemptione noſtrâ crucifixi ſacra memoria 25 *Martij* ex xyx & pluribus Martyrologijs antiquis, ex Tertulliano, SS. Auguſtino & Bedâ. A Græcis relata 23 *Martij p.* 540 *& ſeqq.* Item ob figuram Ieſu Chriſti crucifixi relati 25 *Martij*: Michael Archangelus de dracone triumphans: Adamus creatus, lapſus, mortuus: Abel iuſtus, primus Martyr: Melchiſedec Rex & Sacerdos: Iſaac à patre Abrahamo immolatus: Iſraëlitæ mare Rubrum tranſgreſſi. 542 Sanctus Latro cum Chriſto crucifixus 25 *Martii. p.* 543.

S. Veronica Matrona, cui effigies Chriſti data, ab eâ Romã delata, *colitur* 4 *Feb.* An ſanguinis profluuio à Chriſto ſanata, & ſub nomine etiã Venicę ſeu Veniſæ colatur? An vxor S. Amatoris & ambo in Gallias venerint? Pietas Catholicorum erga effigiem Chriſti, & aliæ ad archetypum efformatæ & cultu celebres. *à p.* 449 *ad* 457.

De duobus SS. Longinis Martyribus diſſertatio edita, xv *Martii*: horum alter miles latus Chriſti lanceâ aperuit, martyr Cæſareæ in Cappadociâ. An eius corpus cum ſanguine lateris Chriſti Mantuæ? vbi plura de ſanguine Chriſti in variis eccleſijs adſeruato, referuntur. Reliquiæ alibi *à p.*376. Acta ex pluribus MSS. *p* 384. *& ſeqq.* Alter Longinus eſt Centurio, qui de Chriſto in cruce paſſo dixit, *Verè filius Dei eſt iſte.* Hic cum duobus militibus eſt in Cappadociâ occiſus. Elogium ex Menæis *à p.* 381 Acta ante annos 1200 ſcripta à S. Heſychio Presbytero

tero Hieroſolymitano, à nobis eruta ex MS. Græco bibl. Vaticanæ. Inuentio capitis ex alio MS. Græco bibl. Vatic. *à p.* 386 *ad* 390 & Græcè *à p.* 736 *ad* 740 Figmenta Pſeudo-dextri reiecta quaſi Centurio hic eſſet filius Centurionis Capharnaitæ, in Hiſpaniâ baptizatus, Caius nomine, ac tandem Epiſcopus Mediolanenſis pater Caij & Demetrij, de quibus S. Ioannes Euang. epiſt. 3. agit. 383 *& ſeq.*

S. Ioſephus ab Arimatheâ, qui corpus Chriſti de cruce depoſitum in monumento ſuo ſepeliuit: colitur 17 *Martii.* Eius habitatio & obitus Hieroſolymis. Reliquiæ Romæ, Bononiæ, in Alſatiâ. Officium Eccleſiaſticum. Quæ de Apoſtolatu in Hiſpaniam ſiue in Britanniam ab aliis proferuntur, inter apocrypha recenſentur. *p.* 507 *& ſeqq.*

Iesv Christi à morte reſurgentis ſacra memoria 27 *Martij.* ex antiquis Martyrologiis. 687.

NOTITIA I

Status Eccleſiaſtici.

CAPVT I

Sancti Eccleſiis præpoſiti ſub Ethnicis Imperatoribus vſque ad Conſtantinum Magnum.

§ I Sancti qui Italiam, Siciliam, Græciam & Illyricum illuſtrarunt & conuerterunt.

CAthedra S. Petri Romæ conſtituta 18 *Ianu. an.* 43 Bulla Pauli IV Papę de feſto. *pag.* 181 *& ſeq.* S. Clementis Papæ corporis inuentio & tranſlatio Romam in Actis SS. Cyrilli & Methodij Epp. 9 *Mar.* ex variis MSS. *p* 13 *& ſeqq.* S. Teleſphorus Papa Martyr, 5 *Ian. circa* 153. Acta quædam auctoris recentioris *p.* 236 *& ſeqq. &* 1093 S. Hyginus Papa, Martyr habitus. 11 *Ian. circa* 156. Ex Mroll. libro